

a)

1710

Istituto Campana Osimo ®

16.21. a

Copula, composta di fogli molero  
salza Aurd. Corradino  
rinchiuse in un' e senza eff.

Istituto Campana Osimo ®

Constitutiones, et Ordinationes edendz pro Electione  
Insignis Collegij in nobilissima, ac vetustissima  
Civitate Auximi ex Substantij Piorum Testator.  
de Campanis in proprio Palatio ex commutatione Co-  
luntatum obtentis a S. Cong. Eporum, et Regularium  
eidem a Smo D. N. Papa Feliciter Regnante com-

missis, et emanatis ad relationem Emi, et Rmi D.  
Card. de Abdua sub die 7 mbris 1710. quate-  
nus placeant eidem S. Cong.

De Aedum forma, et structura d. Palatij,  
ac Insignibus eiusdem  
Cap. I.

Palatium D. de Campanis situm in medio Civitatis  
non tantum nobili prorsus aspectu, verum etiam  
salubri perfuitur aere, dum a tergo perfecta Ora  
montana ventilatur, a facie, et prospectu hilari  
meridie illustratur: Dicitur Palatium duo con-  
tinet compartimenta capacia cuiuscumque numero-  
se Familiz, ultra mansiones terreas, quz videntur  
specifice constructe pro usu Scholarum. Habet etiam  
amplam Aulaam pro representandis Comedij, Acca-  
demij, ac alijs publicis functionibus, et ditatum quo-  
que necessarijs Officij. Extenditur etiam ante  
eius prospectum magna Platea ubi publica spectacu-  
la representantur, et a fronte d. Palatij Ecclesia  
S. Rocchi, et Benvenuti colitur, et altera magis  
prope Ecclesia Parochialis S. Gregorij Pape venera-  
tur: Super hoc non videtur ulterius immorandum,

Istituto Campana Osimo

dum Emus Donens de uisu potest superabundare l. l.  
D. informare, prout supplicatur. In signibus uero  
quibus uti potest d. Collegium, uidetur Campana, uti  
gentilitium stemma iam nobilissimis Familiis de  
Campanis ob grati animi remunerationem, et in me-  
moriam tanti beneficij recepti.

De Collegialibus, seu Conuictoribus. Cap. II  
Conuictores, seu Collegiales ordinarij gratis, quo ad mens-  
sam, et Praeceptores tantum pro nunc recipiendi, de-  
beant esse sex iuxta uires Patrimonij, et magnam im-  
pensam Praeceptorum, et aliorum ministrorum d.  
Collegij; Extraordinarij uero recipi possunt usque  
ad numerum uiginti quatuor cum solutione Dozge-  
nz hoc modo uidelicet; Cives Auximani debeant  
soluere scuta uiginti quatuor quolibet Anno anti-  
cipate de semestri in semestri ultra uestimenta,  
blancarias, stratum, et alia mobilia necessaria, ex-  
ceptis tantum blancarijs pro usui mensae, quibus  
subijcere debeat ipsum Collegium, et totum hoc pro-  
cedat tamen Conuictoribus ordinarijs, quam extra-  
ordinarijs. Diocesani uero persoluere debeant ut  
supra scuta triginta quolibet Anno, et Forenses  
scuta triginta sex monete; et quilibet supradictor.  
in ingressu soluere debeat scuta tria pro una uice  
tantum pro Bibliotheca d. Collegij.

De Electione Conuictorum

Cap. III.

Quia consonum est rationi, et ipsa Justitia uadit, ut quan-  
to

to potest enixa mens Conuictorum adimpleatur, si  
non expresse stante illorum commutatione, ualtem per  
equipollens, idcirco cum a ois Conuictoribus in pnti  
hypothesi in demandata constructione Conuentus Ca-  
pucinarum fuerit tributa illarum nominatio non  
nullis subiectis, ac Familijs in Testamentis expressis,  
nempe quarum una Emus Eps pro tempore, altera  
d. Decano de fanonicijs, altera d. Decano Doctorum  
altera d. Confalonario pro tempore, altera d. Subi-  
saniter pro tempore, et altera Familijs de Jallij, et  
destinibaldij Coniunctis ois Conuictoribus: Unde  
stante gratia commutationis uoluntatis in Collegi-  
um, d. Collegium dicatur subrogatum in locum  
praedicti Conuentus, quum propterea uidetur, ut d.  
sub eligendi, seu nominandi remanserit intactum,  
et illisum fauore supradictorum, cum subrogatio non  
immutet naturam illius, in cuius locum subrogatur,  
Santoque magis hoc uidetur dicendum, dum Prin-  
cipi in concessione gratiae nunquam presumitur uolu-  
isse derogare Juribus Tertij in gratia non compre-  
hensi; et sic Jus nominandi, seu eligendi Collegia-  
les, seu Conuictores ordinarios praedictos spectet sub-  
iectis, iuxta expressis.

Extraordinarij uero Collegiales, seu Conuictores recipi non  
possint, nisi cum licentia, et consensu Rectoris, ac de-  
putatis eligendi pro seruitio, et assistentia d. Collegij.

De Qualitatibus, et grate Conuictorum.

Cap. IV.

Collegiales, seu Conuictores recipiendi non sint, nisi deci-

num secundum suam gratiam annum attingerint, et de-  
cimam octavam non exoleuerint, ac regulas Acti-  
uorum non addiderint, non sint alicuius mona-  
stici disciplinæ discipuli, uel Regularis Religionis  
obseruantis Professores, eorumdemque desertores,  
aut Beneficij personalis residentis obnoxij, Rectores,  
nec matrimonij uinculo astricti, ex legitimo matu-  
monio, ac ex nobilibus, uel saltem honestis Parenti-  
bus nati, non infirmi, non monstruosi, non lingua,  
manibus, aut pedibus impediti.

Quod si aliquis ipsorum post tertium annum sui in-  
gressus in scientijs non profecti sunt, stante atte-  
statione Praefecti, et Praeceptorum de praedictis, pos-  
sint à d. Rectore, et Dep. a Collegio impune licen-  
tari; quod si secus, in eodem Collegio quousque  
omnium scientiarum cursum exoleuerint possint per-  
manere. Pariterque possint licentari ut supra si  
fuerint discolori, rixosi, deserant, seu retineant tima-  
tam offensiuam, quam defensiuam, quae expresse uenan-  
tur, facta prius per Rectorem illis tunc monitione,  
et comperitum quod in eorum uitijs, et ceruice per-  
uerent. Et totum hoc procedat tam in Conuictori-  
bus ordinarijs, quam extraordinarijs.

De forma seruanda in ingressu

Cap. V.

Abita approbatione, et licentia à praedictis Rectore,  
et Deputatis, debeat in actu ingressus Conuictor noui-  
tius presentare in manibus d. Rectoris fidem pro-  
prij Baptismatis, et coram eodem emittere Professio-  
nem

nam fidei, et in primo die festiuis saluberrimo Co-  
nitentis, ac Eucharistis Venerabili Sacramento refici.

De Vestibus utendis à Conuictoribus  
tam intra, quam extra Collegium

Cap. VI.

Vestes per ipsos utendae tam in Collegio, in Scholis,  
quam extra interiores de tempore hyemali debe-  
ant esse de seranno nigro Lanae contextae, et supra-  
uestes, seu zimarijs simili coloris, et structurae mani-  
chis apertis cum duplici pendulo ab humeris, et de-  
ambulando per ciuitatem, si tempus exposcit, pos-  
sint uti Pallio consimili coloris, et structurae, et in  
eorum Cubiculis, seu Dormitorijs Ouatta: (tempore)  
uero estiuo tam Vestes interiores, quam superiores  
debeant esse pariter nigrae, de chineto, seu Saria  
mediolanensi, seu Romanae modis, et formis su-  
praedictis, et in Cubiculis, seu Dormitorijs utantur  
Suluerina, omneque sericum uetatur, praeter Ci-  
biaticum, et nastium Pileo.

De Exercitijs Pietatis, et spiritualibus

Cap. VII.

Quia expedit Reipublicae, et Orthodoxae fidei (ca-  
tholicae) Adolescentes in Exercitijs Pietatis, ac Religio-  
nis proficiantur; Ideo tota cura, et sollicitudo lle-  
ctoris super hoc sistere debeat: In primis quoti-  
die mane exaudiant sacrosanctum Missae Sacri-  
ficium, uel in proprio Oratorio quatenus priuilegi-  
um obtinendum permittat, Sin minus in Ecclesia  
magis commoda, et prope d. Collegium recitanda

deuote Officium Beate marie Virginis: Quolibet  
Sabatho, et omnibus Vigilijs de precepto recitent  
tertiam partem Sancti Rosarii cum Stanys deipa-  
ris Virginis, uel in eorum subiculis, uel in publico Ora-  
torio, ubi omnibus diebus Dominicis, et alijs festiui-  
tatibus in unum conueniant, et ante missam alta  
uoces recitent Officium B. Marie, et aliquod spi-  
rituale colloquium ipsius a Rectore, seu Pfecto  
exponendum exaudiant; pariterque die Domini-  
ca post prandium in d. Oratorio salutifera, et ne-  
cessaria Christiane Doctrinae rudimenta addiscant.  
Ultra festiuitates magnas tam Domini Nri, quam  
Deipare Virginis, et in mense salutifero Quincentis,  
et Eucharistis salutiferis Quincentis, et Eucharistis  
sacramento refici debeant.

Non sint ceruicosi in opinionibus euij pertinaces, gar-  
ruli, superbi, tumidi, mendaces, sed blandi, mo-  
desti, humiles, alij placide, et urbane deferentes,  
semperque moderate loquentes; sint ipsorum collo-  
cutiones, aut de pietate, aut de moribus, aut de li-  
teris, ab illicitis conuenticulis profus abstineant,  
et uana, seu tuzia uerba ne proferant; a seruum  
aliarumque uilium personarum aspersione, co-  
rumque eorum professione indecentium frequen-  
tatione auertantur: nihil seruile, nihilque sordi-  
dum concipiant. Sobrietati, et temperantiz studeant  
et in literis totis uiribus dum tempus, et commodi-  
tatem habeant incumbant.

## De Exercitijs Studiorum Cap. VIII.

In scholis quinque debeant esse hore studij, quolibet  
die incipiendz de mane hora sanctanuz Ecclesiz  
Episcopalis, et de uero sono uespertino diciz Ecclesiz,  
addiscendo prima elementa Grammatice, Rhetori-  
cz, Philosophiz, Theologiz Scholasticz, Dogmaticz,  
moraliz, et etiam Iuris ciuili, et Canonici quate-  
nus suppetant uires d. Collegij, et necessitas ex-  
poscat; et ultra predictas quinque horas studij,  
in scholis, quolibet die debeant habere repetitionem  
in collegio ab eis, qui prsunt ad Collegialibus, et in  
fine cuiuslibet anni debeant reddere computum de  
scientijs ab ipsis perdiscitis: fieri debeant conti-  
nuz disputationes tam in scholis, quam publicis Phi-  
losophiz, Theologiz, Academicis, Rhetoricis, et simili-  
bus in magna Aula d. Collegij exponend; ultra etiam  
modum addiscendi literas misiuas pro quibus don-  
tis necessaria precepta, et in fine cuiuslibet mensis  
deus argumentum pro compositione componenda  
de mane in prosa, et de uero in uersu pro publica  
laude, et premio obtinendis a melioribus in compo-  
nendis.

## De Vacationibus Autumnalibus Cap. IX.

Iustum, et congruum uidetur, ut completo Anno studio  
Adolescentes aliquod perquiescant solatium leuandi  
animi causa, uerum etiam satisfactione propiorum

Denitorum, qui agnoscentes profectum tam in stu-  
dijs, quam in uirtutibus a proprijs filijs factum, ala-  
ciores fiant in mittendis, et retinendis eorum fi-  
lijs in d. Collegio; equum inquam uidetur, ut den-  
tur uacationes autumnales remeandi causa ad  
patios lares, quae uacationes pro Drammaticis, et Rhetoricijs a prima ~~Octobris~~ Octobris usque ad Idus gmbis  
pro Philosophijs, ac Theologijs, ac alijs a die natiuita-  
tis Virginis mensis Septembrijs usque ad commemo-  
rationem Defunctorum: hi uero qui ad proprias do-  
mos remeare non curabunt, durantibus uacationi-  
bus predictis possint eo tempore ad eorum libitum  
Poeti, Literarijs humanis, Historijs, et similibus incum-  
bere, et non possint causa d. uacationum e d. Col-  
legio exire nisi cum licentia, et consensu Rectorij,  
et Aconomi.

De cura habenda pro tuenda ualitudine.

Cap. X.

Multum expedit cura pro ualitudine tuenda d. Conuictio-  
rum, pro qua ualde confert aeris salubritas, quia  
Dei gratia persequitur (ciuitas Auximana), et praecipue  
ubi est vicum nostrum Palatium, seu Collegium ut  
in primo capite demonstrauius; et deinceps deambu-  
lationes moderatas, sed frequentes sunt optimae tam  
per ciuitatem quam extra, et praecipue diebus uacatio-  
num ad villam qua nostra hereditas Campana per-  
sequitur prope ipsam ciuitatem, prout sibi ipsi sum-  
mopere conferet exercitium ludij pollicij per ipsos

exer-

exercentes in Platea magna anteclostrium proprii  
Collegij, et tempore hyemali, et pluuiali ludij conger-  
tentibus, nempe Porticu, Strio, et in magna Aula  
Sruicchi ludio exerceri possunt.

De Provisionibus necessarijs

Cap. XI.

Debeat quisque Collegialis in ingressu in d. Collegium  
esse prouisus Vestibus, Blancarijs pro proprio usu,  
exceptis Blancarijs mensis ut supra diximus, et tra-  
cto completo gladio, furcula, et cocleare argenteis  
cum signo, seu proprio stemmate, Cortinagio Sais  
uiridis cooperiendi causa stratum ad instar Al-  
choe uno Sabulino cum Scantia superius cum eade  
coraminijs, ac lucerna Oricalchi.

De ministris, seu Officialibus Collegij

Cap. XII.

Præsint Collegio Rector unus, et Aconomus unus, quo-  
rum primus disciplinae regulari, secundus econo-  
mij manus sit incumbere.

Sit Rector uigilans, prudens, pietatis, diuini cultus,  
honorum morum, et literarum studiosissimus, adeo  
ut uita sua exemplo, et pari charitatis studio Colle-  
giales omnes ad sui imitationem accedat, Christiani-  
sumque inter illos amorem foueat, harum constitu-  
tionum sit cultor, et seruator, et nulla delinquenti-  
um ratione habita ubi animaduersione erit opus  
integridus executor, etenim eius officij, et conscientij  
partes erunt, grauiora uero negotia, et quae ad uni-  
uersum Collegium spectant, quaeque futura tempora

et mensura descriptio fiat. In alio quoque libro  
idem Economus nomina, cognomina, Patriam, sta-  
tem, et tempus conuictorum ad Collegium uenienti-  
um, et ad nominationem cuius si fuerint ordina-  
rii, uel inde cum honore absentium, uel ex causa  
expulsum, uel etiam morientium describat.

Cubicularius, seu Janitor ad fores uigilans adfisset  
clauem portam oclusam tenebit, uenientes beni-  
gne excipiat, humaniterque alloquetur, celeriter se  
expediat, et eo absente absque Economi, aut Rectoris  
licentia aliquid admitti, aut extrahi e Collegio ne-  
mo sinat, pariterque uine eadem licentia exter-  
num neminem noctu, uel silentij tempore intromit-  
tat. Ad eundem temporibus a Rectore prescriptis  
ad quotidianas scholarum functiones famulandum  
pulsare pertinebit: Curet praeterea, ut Atrium, Por-  
ticus, Scholas, et ceteras Collegij mansiones ab immun-  
dicijs seruari, Strata Disceptorum, et aliorum in  
Collegio Presidentium, ternere, Sabulasque pande-  
re manus suum existat: de nocte autem ipsas  
clauces penes Economum aseruentur, mensarum  
quoque blancarias, et supradictorum Lectorum  
pariter ipse seruet, et custodiat.

Economus cum se, uel maxima ex parte muneri suo  
satisfecisse existimet cum curauerit ut supradicti  
omnes Collegij ministri ea quae ipsi prescripta in  
in his constitutionibus sunt, sedulo prompte, ac fideli-  
ter exerceant, ac exequantur, neque ipse pro se fide-  
re solum possentare tenetur, ita ceteros omnes qui tunc  
Collegij

Collegij mobilium, seu immobilium curam gerent,  
uicidonee Collegio cauant, studebit.

De modo, et forma quae pertinet ad Mensam.

Cap. XIIII.

Collegialium omnium communis sit mensa, et qualis  
in studijs liberaliter educatos decet sobria, fuga-  
lis, modesta, et sacris, moralisque lectioni, uale-  
condita: Economus quotidiani uictus impensa a  
Rectore normam accipiat, et bene compositis Equ-  
lis, mensas pro ratione temporum instrui curet:  
In festiuitatibus Natiuitatis, et Resurrectionis  
Domini, Pentecostes, Assumptionis Beatae Mariae  
Protectricis, d. Collegij, S. Victoris, et fororis, ac  
seclis Protectorum, ac Sacerdarium ciuitatis, uel  
publicis functionibus, ac Disputationibus in Collegio hi-  
laris agi solet obsonetur paulo lautius.

In Gnaculum uocati, Rectorum Collegiales non presu-  
rant, neue morosi sint ad eandem, uel plures men-  
sas, omnes simul, et eodem tempore, et loco facta a  
Rectore benedictione ordine sedent, et silent, tem-  
perateque, et sobrie comedant, et interim alter Colle-  
gialium alternis diebus aliquid sacris lectionibus  
ex suggestu a Rectore designandis, uoque ad medi-  
am mensam, uel usque ad mensae finem legat, et  
Lector post alios una cum ceteris Scholaribus, si quis  
ad primam non interuenerint mensam, cibum sumat.  
Non patietur Economus scholarium aliquem quous  
pretextu, praeterquam causa aduersus ualitudinis, in pra-

pro cubiculo, aut alibi extra Gnaculum cibum sum-  
mere. Quod si eiusmodi abusus per Scholares, uel  
etiam Rectorem ipsum inuehi cernet, postquam  
eos ea qua pars est moderationis admonuerit, Prote-  
ctorem certiore faciat, sicuti etiam si quando in  
priuata cubicula, aut in aliis locis postea consueta,  
atque publica dignem inferant.

Infirmorum quorumcumque in Collegio iacentium pro-  
cipua sit Economica cura a quo illis proficiatur unus,  
uel plures ex aptioribus seruientibus, qui si non fue-  
rint idonei, pro necessitate ad eandem curam addi-  
ciatur, et si egrotus sit cuius debeat in termino uigin-  
ti quatuor horarum Parentes certiorare; si uero fo-  
rensis prima postea currenti debeat eius Dentores  
seu Coniunctos certiores facere, et interim eius curam  
non desit medico, et medeli, uti pro leuamine in-  
firmi, quarum medelarum impensis subijcere debe-  
at. ipse infirmus; et statim cum quis egrotare ceperit  
Rector omni charitate, et pietate illo preste sit,  
et solatium quod poterit, prebeat, et curet, ut quam-  
primum egrotans peccata sua confiteatur, et sanctam  
Eucharistiam sumere. Si cumque autem de uita  
periclitanti usque ad extremum uis spiritum omni  
charitate, et fide Rector, Economicus, et ceteri Presi-  
dentes assistant.  
Qui uero in morbum insanabilem, seu longeuum inci-  
derint, si diuturniore cura, que illis charitative  
adhibenda erit ex morbo conualescere nequeant, ad  
propriam Patriam benigne remittantur.

Singulis

Singulis omnibus mense Aprilis Deputati d. Collegij una-  
cum Emō Protectore debeant Rectori, Economi, Presi-  
dentum, et aliorum ministrorum personas uisitare,  
eiusdemque Officinas, cubicula, et totius domus stru-  
cturam ad eorum consilium, et gestibus d. Collegij, et  
ut Collegialis, ceterique ipsius Collegij ministri, et  
Presidentes bene tractentur, eorumque querelas par-  
ticulariter, et cretenus exaudiendas, quatenus con-  
currant. Quod si quid contra Constitutiones pre-  
dictas in aliquibus fieri conseruerint, reos puniant,  
corrigenda corrigant, renouanda renouent, decer-  
nenda decernant, et que Emō Protectori referenda  
erunt, referant, omniaque in Libro Visitationum  
describi curent.

De formula Juramenti Rectorij.

Cap. XV.

Ego N. Rector Insignis Collegij Campang iuro, me  
Constitutiones d. Collegij hucusque editas, ac for-  
san durante tempore mei officij edendas fideliter,  
totisque uiribus meis inuiolabiliter obseruaturum,  
ac ut a ceteris ipsi Collegio addictis, et mihi pro mu-  
nere eiusdem officij mei subditis seruentur, quan-  
tum in me fuerit, commissumque mihi officium hu-  
iusmodi, et administrationem omni odio, amore, ti-  
more, ac precibus postpositis, omnique fraude seclusa  
obtinurum, iuramque libertatem, priuilegia, et bona Col-  
legij eiusdem conseruaturum, et defensorum, ac de mea  
administratione d. Deputatis, successorique meis, et  
cui maluerit Emō Protector rationem redditu-  
rum. Sic me Deus adiuuet, et hęc sancta Dei

Evangelia in manibus Economi iuret.

Formula Obligationis Economi.

Cap. XV.

In Christi nomine Amen. Constitutus personaliter in insigni Collegio Campano coram D. Deputatis, et Rectore pro Collegio adstantibus, ac meo Notario stipulante, et testibus infra scriptis, ad me N. ab Emd. D. Protectore, et Deputatis in Economum d. Collegij electus, ac deputatus, cuius electionis, et deputacionis littere Patentes tenoris, de quo infra ab ipso exhibitis fuerunt, et per me Notarium alta uoce ante presentem Instrumentum lectis, sponte sui officium predictum, et munus Economi Collegij Campani, cum honoribus, oneribus, salariis, et obligationibus ex forma constitutionum Collegij, uel alia consuetis, aut conuentis, seu resque debitis acceptauit, illudque diligenter, ac fideliter sergaturum promisit, necnon officium ad formam dictarum constitutionum, et ut diligentem decet Partem familias exerciturum, ac etiam Emd. D. Protectori, Deputatis, Rectori, et eius Consilio in rebus ad Collegij regimen, et ad eius officium spectantiis, obedientiam semper seruaturum; bona, et redditus Collegij fideliter administraturum, Libros rationum ordinate tenturum, aliaque omnia, et singula facturum, et executurum, ad que uirtute dictarum constitutionum, uel quouis alio modo, et iure, aut ex Superiorum Collegij iurisdictionibus tenebitur, et a Collegio predicto non recessurum, quousque dati, et accepti, uniuersaque administrationi plenam et integram cum opus fuerit reddiderit rationem,

et

et cum reliquorum restitutione plene satisfecerit.

Et pro executione, obseruatione omnium, et singulorum tacite scripturam ad delationem mei Notarij in forma iurauit predicta omnia, et singula facere, obseruare, et omnino implere sub pena scuto mille in omnem casum in obseruantis iure factis Collegio applicand cum refectione damnorum, et sub obligatione fideiuratori.

Et pro quo d. N. Economi predicto ut supra deputato, et pro omnibus, et singulis per eum ut supra promissis, et in presenti Instrumento contentis, et iuratis, eiusque precibus contemplatione, et mandatis d. N. qui licet sciat se ad predicta, et infra scripta non teneri, nec obligatum esse, uolens sponte pro se, eiusque heredes, et bonorum sentia, et futura principaliter, et in solidum cum d. d. N. Economo obligando promisit, et uolenter obligauit se, ac fideiussit, et fideiussor extitit pro omnibus, et singulis supra dictis, et in presenti Instrumento contentis, et renunciauit beneficijs omnibus de fideiussoribus, et de pluribus rebus debendis, ac Epistolis Diu. Adrian. Et quem d. fideiussorem presentem d. d. N. Economi promisit indemnem conseruare, iurauerunt. Actum.

De Electione Notarij

Cap. XVI.

Pro Collegij Contracibus eligatur Notarius, qui sit biceps, prudens, legalis, bone uirtus, et fame, ac integre fidei, qui quoscumque Contractus, et Instrumenta Collegij stipulare debeat, copiamque publicam eidem or stare

debeat cuiuscumque Contractus seruandam in  
eius Archivio certa annua, et sibi congrua, et  
competenti statuta mercede.

De Electione, et qualitate Rectoris,  
et Praeceptorum. Cap. XVII.

De Qualitate Rectoris iam superabunde supra  
diximus, et sic inuicem repetendum hic modo non  
diximus: Praeceptor uero Grammaticae, et Gramma-  
tici debent esse Presbyteri sacerdotes, uiri probi,  
integri fidei, et famae, et in Scholis apprime uersa-  
ti, et quia ab Aemula Civitate pro d. Praeceptoribus  
sunt assignata scuta centum annua cum re-  
seruatione nominandi, seu presentandi plures  
pro eodem ministerio, quorum melior eligi debe-  
at ab Emo Protectore, prout in decreto Concilii ge-  
neralis, ad quod et ita liber patere debet acces-  
sus omnibus Civibus, et Incolis Auximani ad  
studendum in eisdem Scholis Collegij, seruata tamen  
forma superius descripta, nempe status, et  
cursus studiorum: Discesani uero, et Forenses  
non possint extra d. Collegium habitantes in idem  
Collegium ad studendum accedere: Alter Praecep-  
tor debet esse pariter Presbyter sacerdos, qui  
Rhetoricam perlegere, et edocere debet (viz pro-  
bitus, et integre uis, et famae, et in Scholarum disci-  
plina ueteranus: Lector uero Philosophiae, nempe pri-  
mi anni Logicae, et Physicae, et secundi metaphisicae debe-  
at esse Religiosus in qualibet Religione ex Civitate  
existens in d. Scientijs uersatus, qui de mane, et de  
sero debitas lectiones in d. Collegio pandere debeat,

in reliquis suo commorari debeat Conuentu: alter  
Lector Theologiae Scholasticae, Dogmaticae, et moralis  
ex plen. spatio <sup>trium</sup> annorum debeat esse pariter  
Religiosus cum huiusmodi onere, et qualitatibus ut  
supra, non prohibendo tamen posse eligi aliquem  
iurem capacem pro d. Lecturis, quatenus existat;  
quinimo pari merito eundem ceteris praeferi uolu-  
mus; Lector autem Iuris (civilis, et Canonici generis) de-  
beat esse (viz) legalis, et in huius Scientia uersatus.

Praedicti uero Praeceptores, excepto Grammaticae ut supra  
eligi debeant a Deputatis, Rectoribus, et Economis supra  
dictis, et in casu discordiae in illorum electione eligi  
debeat ab Emo Protectore; quorum Deputatorum Re-  
ctoris, et Economis cura sit praedictos Praeceptores re-  
fermare, et remouere quatenus necessitas exposcat.

De Deputatis dicti Collegij eligendis.

Cap. XVIII.

Quia mens Praefatorum fuit, ut Tubernium, et admi-  
nistratio bonorum pro manutatione Monasterij Capucci-  
narum senes Deputatos huius (ben. Societatis) miseri-  
cordiae, et mortis heredis substituere existeret; eorum  
quoque uidetur, ut iidem Deputati praesint negocijs d.  
Collegij, ut supra exposuimus surrogati in locum d. Con-  
uentus, qui Deputati eligi debeant ex nobilioribus, et  
prudentioribus Congratibus d. Societatis.

De Salario Praeceptorum, et aliorum Ministrorum.

Cap. XIX.

Pro Salario Grammaticae Ludimagistri uti laboriosissimi  
taxantur scuta sexaginta annua ultra mensam, et

stratum completum, pro altero Praeceptore Rhetoricae  
scuta quadraginta annua, mensam, et Lectum  
completum ut supra.

Lectori uero Philosophiae scuta trigintiquinque, (Theo-  
logiae uero scuta triginta); Lectori Iuris Ciuili, et Ca-  
nonici scuta quadraginta.

Lector habeat scuta quadraginta ultra mensam, et  
stratum ut supra. Economus scuta decem et octo;  
Cognator scuta duodecim; Subicularius scuta octo  
quo uidebitur cum mensa, et Lecto; et idem pro-  
cedat si fuerint plures subicularij: Factor uero Pa-  
ralij scuta decem annua tantum.

#### De Electione Protectoris

Cap. XX.

(Collegium Campana uti infra ad hoc ut per cunctam)

Provinciam suam extendat sonitum, tua est opus  
Protectione eminent<sup>me</sup> Princeps, et Pastor uigilantissi-  
me, tuorumque Successorum, ut non tantum sub um-  
bra alarum tuarum feliciter exerescat, uerum etiam  
ut si quis contra hoc opus tam optimum, et bonum de-  
tractores linguas inuenerint, possint unice ictu tuo  
briense obtruncari, de qua Protectione tota Ciuitas,  
Populusque te supplicat, et exoptat.

Nella Cong. del 1719. da senes

A. di G. del 1719.

Barone

Della fabbrica del seminario vescovio.

Se comenza allegrato  
o venduto.

Della casa del Colli

quando parva -

Della casa

Se si comprano da solo, etc.

Se si comprano a posta in questo piede  
continuando di giorno in notte.

Della casa diurna

Se si debba ricevere al nome  
stesso. lo si debba degli obblighi  
nella capitolazione del Colli?

De parati. Parvi e De Banche

Della casa stabile che si vende al

Colli. ne futi giorni altri -

De conti gassini e debbi comprati in occor.

Della fabbrica.

Se si paghino i conti, ifructi -

Della mensa in piazza dal Colli. non  
sola del Colli.

- Se sia sumministrato il inquesto se si  
far far un disegno gli loci di  
stuo dal Colli e ornati. da legid  
e comprati l'opere. a Mosche

Istituto Campana Osimo ®

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

Istituto Campana Osimo ®

*[Faint handwritten text at the bottom of the page]*

A. — n.º 4.

Istituto Campana Osimo ®